AUGUSTINUS. BASILIENSIA
Basel und Klosterneuburg, 1434-1435 Seite 123v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Quinto quod canonici habeant curam animarum Monialium monasteriorum eidem vestro monasterio subiectorum Omnia mixtura et periculosa cohabitatio Circa hoc nichil dicimus Caute tamen tanquam inter scorpiones et colubres est ambulandum yno :-

de cura dam monialium

Sexto proposuistis quod in vestro monasterio omnia bona sunt communia vtinam ita sic et bene servetur hoc autem intelligimus inter Abbatem et conventum quod bona dicta non sunt Nec habet abbas per se proventus que bona communia per duos cellerarios vnum intra ciuitatem extra monasterium gubernantur hoc laudamus et queritur statutis domini Iudicti ipse duodecimi in Reformatione regule vestre dummodo dicti cellerarii singulis annis rationem reddant :- yno :-

Septimo quod in vestro Monasterio simul in vno refectorio comedetis et in vno dormitorio quiescitis etc Quod autem vnusquisque in sua cella quiescat dicimus ex qui regulari observantia canonici regulares in Cella clausa non dormiant nec tamen vestre consuetudini si celle vestre clause sunt derogamus nec etiam volumus approbare :- yno :- de officialibus

Octauo quod habetis in Monasterio custodem cantorem et Infirmaria quorum officia durant et reuocabilia sunt ad nutum Abbatis hoc laudamus periter et approbamus :- yno :-

Nono quod in Monasterio habetis vnum distributorem pitanciarum que vobis dantur pro anniuersariis defunctorum que in vestro Monasterio celebrantur qui distributor singulis distribuit etc hanc distributionem Improbamus volentes et mandantes vt illa ponantur in communi et fiat pitancia Conventui prout creditur fuisse in tercio donancium et in aliis monasteriis quibus observatur

Decimo quod habetis conuersos laycos etiam professos qui stant extra Monasterium et faciunt opera et officia manualia pro dicto monasterio Et hoc vtique bonum est et vtile iudicamus

De Vestibus

Quibus autem vtimini vestibus in officiis ecclesiasticis et intus et extra monasterium nobis exponi fecistis quod infra